et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum margaretarum, vestium, vestimentorum, stanni, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equitea, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus, per ipsam Nobilem Evam Czaykowska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius Posteros eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos, et suorum successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi, rigore ac more aliarum Reformationum hactenus et deinceps in Regno Poloniae observari solitarum.

Iidem Ortynscy mutuam advitalitatem sibi inscribunt.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus, Nobiles Nicolaus Ortynski olim Nobilis Jacobi Ortynski cum olim Nobili Theodosia Srokowska Consorte eius Legitima procreatus Filius ab una, et Eva Czaykowska olim Nobilis Wasilii Czaykowski cum Nobili olim Helena Komarnicka Consorte eius procreata Filia, Coniuges Legitimi partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis 1010

1990

et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actus huic attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et praecipue Consors cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et invicem Una pars alteri omnium generaliter Bonorum suorum mobilium et immobilium, haereditariorum et obligatoriorum summarumque pecuniariarum quarumcunque, necnon auri argenti, clenodiorum gemmarum margaritis, necnon vestium vestimentorum, item stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum equorum equitiae, ac tandem in supellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentis, nunc habita et in post habenda mutuam advitalitatem et usumfructum, ad extrema vitae utriusque earum tempora tantummodo et non ultra inscripserunt concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt concedunt et assignant praesentibus tali videlicet modo et conditione. Quod si prius praefatum Nobilem Nicolaum Orzynski maritum, quam ipsam Nobilem Evam Crayleowska Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contingerit, extunc eadem Nobilis Eva Crayleowska Consors sua Bona suprascripta omnia, et summas pecuniarias, morte praedicti Mariti sui derelicta cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus, tenebit habebit et possi-

debit illisque quiete et pacifice utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora, Post fata vero praefatae Nobilis Consortis, extunc praedicta Bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectas morte praedictae Mariti sui derelicta ad Successores praenominati Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione Successionis praedictae Consortis suae totaliter et plenarie devolventur, Similiter quoque si prius praefatam Nobilem Evam Grayewska Consortem suam, quam ipsum Nobilem Nicolaum Orzynski Maritum suum mori contigerit extunc idem Maritus Bona superinscripta generaliter omnia, praedictae Consortis sua morte derelinquenda, cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora utifruetur. Post mortem vero et de hac luce decessu eiusdem Mariti sui extunc Bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos sine quovis impedimento, et Contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis mutuis personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Orzechowski invicem Kochanskich Coniugum roborat & Fratrem statuet 1080

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Franciscus Orzechowski, olim Generosi Hieronymi de Orzechowce Orzechowski Iudicis Terrae Sanocensis filius,